BIBL. DE L'UNIVERSITÉ

OBLONGS
32

THÈSES
ANCIENNES
DU
XVIIᴱ SIÈCLE
2

OBL 32_2

LA VRILLIERE (Balthazar PHELYPEAUX DE)	Philosophie	9 août 1657	II	227
LE BAS DE GLATIGNY (Paul-Philippe)	Philosophie	8 sept. 1661	II	152 ,et
			II	152bis.
LE BLAIS DU QUESNAY (Louis)	Philosophie	[3 nov.] 1662	II	153
LE BOUTHILLIER (François)	Théologie	[13 fév.] 1662	II	154 ;et
			II	154bis.
LE BOUTHILLIER DE CHAVIGNY (Gaston-Jean-Baptiste)	Philosophie	8 juill.1656	II	155
LE BRUN (Henri)	Philosophie	28 juil.1659	II	156
LE CAMUS (André)	Philosophie	6 août 1660	II	157
LE CAMUS (Etienne)	Théologie	28 nov. 1656	II	158
LE CHAPELIER (Georges)	Théologie	18 févr.1662	II	159
LE DOULX (Florent)	Théologie	[8] mai 1656	II	160
LE FILLEUL (Claude)	Philosophie	10 août 1660	II	161
LE FRANC (Aegidius)	Philosophie	[5 septembre] 1660	II	162
LE GAIGNEULX (Jacques)	Théologie	7 janv. 1662	II	163
LE GOBIEN (Guillaume)	Théologie	2 oct. 1657	II	164
LE GRAS (Frère Bernard)	Théologie	12 févr.1657	II	165
LE GRAS (Frère Bernard)	Théologie	29 nov. 1657	II	166
LE HOUX (Jean)	Philosophie	18 août 1658	II	167
LE MOYNE (Alphonse)	Théologie	17 avri.1663	II	168
LE NORMAND (Fr.Guillaume)	Théologie	[10 jan.1662]	II	169 ,et
			II	169bis.
LE PETIT (Nicolas)	Théologie	9 mai 1659	II	170
LE PICART (François)	Théologie	25 janv.1652	II	171
LE ROUGE (Charles)	Théologie	13 avr. 1667	II	172
LE ROUX DE NEUVILLE (Pierre)	Théologie	15 mai 1659	II	173
LE SAUVAGE (René)	Théologie	26 sept.1657	II	174
LE TELLIER (François)	Philosophie	21 août 1661	II	175
LE VERRIER (René)	Théologie	26 juillet 1652	II	176
LELEU (Joannes-Baptista)	Théologie	[29] sept.1667	II	177
LEMPEREUR (F.Claude)	Théologie	[7 juin] 1669	II	178
LEMPEREUR (Henri)	Philosophie	10 juil.1661	II	179
LENOIR (Pierre)	Philosophie	6 août 1662	II	180 ,et
				180bis.
LEOTAUD (Charles)	Théologie	23 mai 1664	II	181
LIONNE (Louis-Hugues de)	Philosophie	2 juill.1662	II	182
LOMENIE DE BRIENNE (Charles-François de)	Philosophie	16 juil.16..?	II	183
LOMENIE DE BRIENNE (Charles-François de)	Théologie	14 janv.1664	II	184
LOTTEAUX (Louis)	Théologie	19 sept.1669	II	185
LOUBERES (F.Prosper)	Théologie	5 août 1669	II	186
LOUVERSÉ (F.Pierre)	Philosophie	2 août 1665	II	187
LOYS (F.Jérôme)	Théologie	9 févr. 1662	II	188
MACQUERE (Nicolas)	Philosophie	12 juil.1670	II	189
MAILLARD DE LA BOISSIERE (Jean)	Philosophie	10 août 1662	II	190
MAILLET (Pamphile)	Théologie	5 déc. 1661	II	191
MALETESTE (Jean)	Théologie	[11] avr. 1663	II	192
MALITOURNE (Jacques)	Philosophie	10 août 1665	II	193
MALLET (Nicolas)	Théologie	15 oct. 1663	II	194
MARGUERY (Nicolas)	Philosophie	30 juil.1651	II	195
MARILLAC (André de)	Philosophie	10 août 1659	II	196 ,et)
			II	197)
MARILLAC (René de)	Philosophie	3 août 1659	II	198
MARNÉ (F.Georges)	Philosophie	29 mai 1662	II	199
MAUGER (Laurent)	Philosophie	8 juill.1663	II	200
MAURAGE (Pierre)	Théologie	3 sept. 1669	II	201
MELICQUE (Nicolas)	Philosophie	8 août 1660	II	202
MELUN DE MAUPERTUIS (Mathieu de)	Théologie	[8] août 1660	II	203
MERAULT (Pierre)	Philosophie	7 juillet1658	II	204
MEUR (Vincent)	Théologie	4 juin 1661	II	205
MICHAU (Jean)	Théologie	29 mars 1662	II	206,et)
			II	206bis)
MICHON (Michel)	Philosophie	2 oct. 1662	II	207
MIGUET (F.Charles)	Philosophie	5 juillet1652	II	208
MOLE (Louis)	Philosophie	28 août 1661	II	209
MONCHY D'HOCQUINCOURT (Gabriel de)	Philosophie	22 août 1660.	II	210
MONTEIL DE GRIGNAN (Gabriel-Adheimar)	Théologie	4 janv. 1662	II	211
MOREL (Zacharie)	Philosophie	[16] août1671	II	212
MORIN (Henri)	Théologie	23 janv.1660	II	213
MORROGH (Pierre)	Droit canon	[16] avr.1669	II	214
MOUSSEAUX (Pierre)	Théologie	17 mars 1668	II	215
NATTIN (Jean)	Théologie	[14 nov] 1669	II	216
NOÜET (Anne)	Théologie	21 mai 1663	II	217
O MOLONY (Mathieu)	Droit canon	28 mai 1664	II	218 ,et
			II	218bis.
PAIOT DE LIMERMONT (Séraphin)	Philosophie	26 août 1661	II	219
PALLEVOYSIN DE LAROCHE-DU-MAINE (François)	Théologie	30 déc. 1655	II	220 ,et
			II	220bis.
PAPELART (Jacques)	Droit canon	11 août 1661	II	221
PAUROT (Charles)	Philosophie	28 juil.1660	II	222
PERCHERON DE LESPINE (Balthazar)	Théologie	28 juin 1657	II	223
PERCIN DE MONTGAILLARD (Pierre-Jean-François de)	Théologie	5 févr. 1656	II	226
PERIER (Antoine)	Théologie	9 sept. 1662	II	224
PERRIN (Guillaume)	Théologie	24 janv.1651	II	225
PICQUES (Bernard)	Théologie	5 mai 1663	II	228
PICQUES (Louis)	Philosophie	1erJuil.1657	II	229
PIETRE (Paul-Claude)	Philosophie	14 sept.1662	II	230
PIN (Jean)	Philosophie	29 juin 1665	II	231
PIOT (Jean)	Théologie	[23 fév] 1662	II	232
PISTEL (Laurent)	Philosophie	16 juil.1662	II	233
POITEVIN (Armand)	Philosophie	25 juil.1648	II	234
PONCET (Michel)	Philosophie	11 juil.1660	II	235
POREE DU PARCQ (René)	Philosophie	28 juil.1661	II	236
POTIER (Jean)	Théologie	22 févr.1662	II	237
POULIN (François)	Philosophie	15 juil.1663	II	238
PURCELL (John)	Philosophie	4 juin 1666	II	239,et
			II	239a,b,c et d.
REGNARD (Jean)	Philosophie	8 juil. 1662	II	240
REGNARD (Julien)	Philosophie	...juin 1658	II	241
REGNARD (Julien)	Théologie	10 nov. 1661	II	242
REGNARD (Julien)	Théologie	[30] août1664	II	243
RESTAURAND (F.André)	Théologie	[11] oct.1655	II	244
ROBERT (Jean)	Droit canon	[30] déc.1665	II	245
ROSTIN (Michel de)	Théologie	28 févr.1656	II	246
ROSTIN (Michel de)	Théologie	1er fév.1661	II	247 ,et
			II	247bis.
ROUSSEAU (Jean)	Philosophie	7 juil. 1668	II	248
ROYNETTE (Simon)	Théologie	18 avr. 1662	II	249
SANTEUL (Pierre de)	Théologie	12 juil.1661	II	250 ,et
			II	250bis.
SARRAZIN (Jean-Baptiste)	Philosophie	29 juin 1662	II	251 ,et
			II	251bis.
SAUSSOY (Jean)	Théologie	9 nov. 1646	II	252
SAVIGNAC (Louis de)	Théologie	[4] janv.1670	II	253
SELLIER (Claude)	Théologie	13 févr.1662	II	254
SENAUX (Bertrand de)	Théologie	[23] fév.1662	II	255
SEVERT (Antoine-François)	Théologie	20 mars 1668	II	256
SEVIN (Michel)	Théologie	8 févr. 1668	II	257
SEVIN DE HAUTERIVE (Thomas)	Théologie	17 jan. 1654	II	258 ,et
			II	258bis.
SIMENEL (Pierre)	Théologie	1er fév.1662	II	259,et
			II	259bis,ter et quater.
STAPLETON (Edmond)	Philosophie	24 juin 1668	II	260
SUZE (Anne-Tristan de)	Philosophie	25 juil.16...	II	261
TAMPONNET (Antoine)	Théologie	11 févr.1664	II	262 ,et
			II	262bis.
TANOARN (Julien de)	Théologie	[3] févr.1661	II	263
TERRAT (Gaston-Jean-Baptiste)	Philosophie	27 juil.1661	II	264
VAILLANT (Antoine)	Philosophie	5 août 1657	II	265
VALBELLE (Louis-Alphonse de)	Théologie	7 nov. 1664	II	266
VANIER (Claude)	Philosophie	......?.....	II	267
VERDUN (Claude)	Philosophie	10 août 1659	II	268
VIC (Médéric de)	Théologie	[31] déc.1664	II	269
VREVIN (Antoine de)	Théologie	20 avr. 1657	II	270

--ooOoo--

1158445551

thorum acceptioni inſiſtentes, in ſolo melioris vitæ propoſito ſitam eſſe aſſeruerunt. Veram eſſe virtutem quis ambigat? quam rectè definit, qui, dolorem de peccato ex honeſto motiuo cum ſpe veniæ & non peccandi in poſterum propoſito coniunctum eſſe dixerit. Hic dolor non ex vno ſed ex multiplici motiuo poſſe concipi certum eſt; nec ideò negari debet dari virtutem ſpecialem Pœnitentiæ à cœteris diſtinctam, cuius motiuum eſt bonum compenſationis iniuriæ Deo per peccatum illatæ: eius obiectum materiale peccatum tum mortale tum veniale: ſubiectum quælibet voluntas creata. Quanquam ex pleriſque ſacrarum paginarum locis certum ſit eſſe aliqua peccata quę rarò & difficulter admodùm remitti à Deo ſoleant, aperta tamen eſt hereſis dicere eſſe peccata quædam homini verè pœnitenti irremiſſibilia.

VIRTVS Pœnitentiæ eſſentialiter tres actus includit, deteſtationem ſcilicet, dolorem de peccato & emendationis propoſitum. Primus actus licet ſit efficax ex modo tendendi, eſt tamen conditionatus ex parte obiecti. Pœnitentiam rectè & adęquatè in duas ſpecies diuidi, contritionem ſcilicet & attritionem, nemo citra temeritatem inficias ierit, cùm ſic Tridentinum Concilium diuidat. Quid autem ſit diſcriminis inter vtrumque allatę diuiſionis membrum facilè deprehendet, qui Concilium attentè & ſine ſtudio contentionis legerit. Non quòd illa ſit dolor de peccato magis, hęc minùs intenſus, nec quod illa cum charitate habituali ſit coniuncta, hęc non item. Sed quod illa ex charitatis motiuo, hęc ex peccati turpitudinis conſideratione, aut ex gehennę & pœnarum metu concipiatur. Vnde quantum errent qui hanc formalem Dei dilectionem eſſe contendunt, liquidò conſtat. Hoc quippe ex falſo elicere conantur principio, tam Auguſtino quàm Scripturis Concilijſque è diametro oppoſito, nullum dari medium inter charitatem quâ Deus gratis & propter ſe diligitur, & vitioſam cupiditatem.

EX adducto inter contritionem & attritionem diſcrimine, primò palam eſt illam ex nullo alio quàm charitatis motiuo poſſe concipi, quidquid reluctentur aliqui, adeò vt contritio perfecta non tantùm virtualiter, ſed etiam formaliter Dei dilectionem contineat ſit neceſſe, imò & peccatum ſuper omnia, ſin minùs explicitè & intenſiuè, ſaltem implicitè & appretiatiuè deteſtari debeat iuxta illud Mathęi; *Qui amat patrem ſuum aut matrem ſuam plus quàm me, non eſt me dignus.* Rectè tamen & ſapienter monet Angelicus Doctor non teneri hominem deſcendere ad hanc aut illam pœnam in particulari, cuius rei hanc adducit rationem, quia ſicut delectabilia magis mouent in particulari, quàm in communi, ita terribilia plus terrent ſi conſiderentur in particulari. Vera & perfecta contritio debet eſſe vniuerſalis ſaltem virtualiter circa omnia peccata mortalia. Palam eſt 2. peccatorem ex ſolo pœnę ęternę metu, aut turpitudinis peccati conſideratione, concipere poſſe deteſtationem vniuerſalem omnis peccati mortalis, & propoſitum efficax non peccandi de cœtero, quam deteſtationem actum eſſe honeſtum atque laudabilem, ſi quis negauerit, definitioni Tridentini Concilij, quod talem deteſtationem fieri per Spiritus ſancti impulſum diſertè pronuntiauit; repugnabit.

VNDE iterùm manifeſtum eſt contritionem perfectam ſemper & conſtanter etiam citra ſacramentum actu ſuſceptum, hominem peccatorem iuſtificare, cùm omnis qui diligit ex Deo natus ſit. An autem de facto ſit cauſa formalis iuſtificationis, ſunt qui aſſerant, ſed ſubtiliùs quàm veriùs; meliùs alij eſſe poſſe negant. Eſt quidem diſpoſitio moralis infallibiliter & certò connexa cum iuſtificatione, ſed tantùm ex Dei beneplacito, de congruo tamen, non de condigno, cùm nihil eorum quæ præcedunt iuſtificationem, ſiue fides, ſiue opera iuſtificationis gratiam promereatur. Formalis quoque dilectio ſuper omnia peccatorem iuſtificat ſine formali contritione. Manifeſtum eſt 2. attritionem eſſe diſpoſitionem ſufficientem ad iuſtificationem intra ſacramentum obtinendam, modò illa ſit ſupernaturalis, vniuerſalis & cum ſpe veniæ coniuncta, ſecus nequaquam. Certum eſt omnino de lege ordinaria nunquam remitti peccatum ſine pœnitentia ſaltem virtuali. Imò ſunt qui id diuinitus nequaquam fieri poſſe arbitrantur; ſed quibus id euincere conantur perpenſis attentè rationum momentis oppoſitam ſententiam probabiliorem exiſtimo.

PARI quoque modo certum eſt de lege ordinaria vnà cum culpa mortali ſemper remitti pœnæ æternæ reatum. Male tamen Heterodoxi idem de temporali cenſendum docent, ſiquidem remiſſâ culpâ temporalem pœnam perſoluendam ſupereſſe manifeſtè colligitur ex Regum 2. cap. 12. vbi pœnitenti Dauidi reſpondit Propheta: *Tranſtulit Dominus peccatum tuum, veruntamen quoniam blaſphemare feciſti inimicos Domini, propter verbum hoc filius qui natus eſt tibi, morte morietur.* Et ex num. 2. Deut. 32. vbi Moyſes priuatur terrâ promiſſâ, idque ob peccatum aliquod commiſſum, vt ibidem Scriptura ſignificat. Diuina clementia remiſſa peccata in vltionem vlterius venire non patitur. Non ergo redeunt peccata remiſſa ſimpliciter loquendo, neque ſecundùm reatum culpæ, neque ſecundùm reatum pœnæ; neque videtur fieri poſſe vt redeant. Secùs dicendum de bonis operibus, tanta eſt Dei erga homines bonitas, opera namque mortificata per Pœnitentiam reuiuiſcere is dubitabit qui Deo per Prophetam ſe annos quos comedit locuſta & bruchus redditurum promittenti non ſatis credet.

CERTVM eſt dari in Eccleſia ſacramentum Pœnitentiæ à reliquis omnibus diſtinctum, contritione, confeſſione, abſolutione & ſatiſfactione conſtans. Confeſſio ſacramentalis rectè definiri poteſt manifeſtatio peccati facta ſacerdoti legitimo ab homine baptizato cum ſpe veniæ & remiſſionis peccatorum conſequendę. Imperitè aut malitioſè Caluiniani Doctores ſuis ſequacibus perſuadere conantur non à Chriſto Domino, ſed ab Innocentio 3. in Concilio Lateranenſi [redacted] illam fuiſſe inſtitutam In eo namque Concilio ſtatutum quidem eſt omnes vtriuſque ſexus poſtquam ad annos diſcretionis peruenerunt teneri peccata ſua proprio ſacerdoti confiteri. At id non eſt confeſſionem inſtituere, ſed tempus quo illa obliget ex Chriſti inſtitutione non ita determinatum deſignare; & certè ridendi potiùs in hoc eſſent quàm confutandi, niſi apertiſſimis mendacijs in hac materia quemadmodum & in alijs corda innocentum ſeduxiſſent. Vide enim quàm parùm conſequenter loquantur, parùmque ſibi conſtent, dum hinc confeſſionis authorem Innocentium 3. faciunt, inde verò eam tempore Nectarij Conſtantinopolitani Patriarchæ viguiſſe, & ab eodem Patriarcha ſublatam eſſe contendunt. Porrò tam falſum eſt Nectarium priuatam confeſſionem abrogaſſe quàm Innocentium 3. eius authorem extitiſſe.

POSSE hominem Deo ſatisfacere pro pœna temporali quæ ſæpiſſimè reſtat remiſſâ culpâ, fides docet catholica. Quanquam ſatisfactiones primis Eccleſiæ temporibus longè ſeueriores quàm hodie imponerentur peccantibus, hinc tamen non licet inferre erraſſe Eccleſiam in adminiſtranda Pœnitentiæ diſciplina, dum mitiùs cum iis putauit agendum. Non eadem olim ſeueritate excepti ſunt omnes peccatores; ſed dilgenter obſeruatæ ſunt peccatorum differentiæ: fuerunt aliqua venialia ſcilicet leui remedio expiata, mortalia ſeueriori quidem, ſed nec illa omnia pari. Nam inter peccata mortalia etiam Patres aliqua leuia agnouerunt, alia grauia quę & crimina appellauerunt: quanquam hoc nomine aliquando omnia mortalia apud ipſos veniant. Vnde illud diſcrimen malè aliqui ad terrendos ſimplices recens inuentum finxerunt. Crimina aliqua publica, non tamen omnia publicæ Pœnitentiæ fuerunt obnoxia, non naturali, nec diuina, ſed Eccleſiaſtica lege. Qui omnia omninò mortalia Pœnitentiæ publicæ olim ſubiecta fuiſſe contendit, antiquitatem ſibi aduerſantem habet totam. Ab illa pœnitendi publicè lege, immunes fuerunt ſemper Clerici maioribus initiati ordinibus. Hi ſui gradus deiectione ordinariè plectebantur, ſæpè in monaſterium detrudebantur, publicam tamen peragere Pœnitentiam ſpontè ſine gradus iactura, modo nulla ſe mortalium criminum profeſſione notarent, poterant.

OB occulta quędam crimina grauiſſima ſcilicet, publicam olim Pœnitentiam imperatam fuiſſe, nonnulli conſtanter aſſerunt; verum leuioribus quàm vt ijs aſſentiar fundamentis. Nullum igitur crimen occultum quantumuis enorme publicâ pœnitentiâ fuiſſe expiatum ex præcepto Eccleſiæ contendo. Spontè etiam ob leuia aliquando humillimam illam pœnitentiam peractam non abnuo. Quin igitur ſecretâ pœnitentiâ ſecreta peccata fuerint purgata, nulla eſt dubitandi cauſa. Ac proinde certum eſt viguiſſe olim in Eccleſia duplicem pœnitentiæ agendæ rationem, priuatim videlicet & publicè. Vnde qui hanc ab Eccleſię naſcentis incunabulis eliminant, nec catholicè loquuntur nec eruditè. Pœnitentiæ publicæ imperatę adiuncta fuit peccatorum ob quę peragebatur publica confeſſio; ſpontaneæ nequaquam; imo huic adiungi lege humanâ poſſe negat Tridentinum. Nectarij factum tam decantatum ab omnibus, tam inconſideratè ab hæreticis nobis ad ſacramentalem confeſſionem diuinitùs pręſcriptam euertendam obiectum, intelligit, qui illud de publica peccatorum confeſſione explicat. Hanc enim ſuſtuliſſe Nectarium, vt credam facit cauſa quâ motus eſt ad faciendum quod feciſſe refert Sozomenus, vt ſcilicet vitaretur in poſterùm ſcandalum ſimile illi quod Conſtantinopolitanam vrbem commouerat, & ſedaretur illius populi in ſacerdotes commotio.

IN Pœnitentia publica quatuor olim fuiſſe gradus nemo neſcit. Primus erat lamentationis, ſecundus auditionis, tertius ſubſtrationis, quartus conſiſtentiæ. Poſt quartum gradum decurſum plenè & perfectè reconciliabantur pœnitentes ab Epiſcopo aut à ſacerdote de conſenſu tamen Epiſcopi, ſecùs minimè. Hanc vltimam reconciliationem ſacramentalem fuiſſe quo pacto ſuſtineri poſſit, non video, cùm fuerit à Diacono conceſſa, & ad Euchariſtiam ſumendam non neceſſaria. Neque exiſtimandum eſt ſatisfactionem aliquando ſacramentali abſolutioni præcepto diuino fuiſſe præmittendam. Pœnitentes in tertio gradu fuiſſe ſacramentaliter abſolutos videtur probabile admodum. Sæpiùs iterata fuit ſacramentalis abſolutio. Apoſtolorum tempore nulli homini verè pœnitenti quantumuis enormis peccati reo fuit denegata. Paulò tamen pòſt grauiorum criminum reis denegatam omninò fuiſſe viſum eſt viris eruditis. Sed ſaltem in exitu vitæ nemini vnquam denegatam arbitror. Montaniſtæ idem de Nouatianis ſentio, certis quibuſdam tantùm peccatis, non omnibus ab Eccleſia veniam dari poſſe negarunt ſi Tertulliano credatur. Horum ſententiæ ſi quis inſiſtat non eſt ille, *cui non imputauit Dominus peccatum ſuum.*

Has Theſes Deo duce, auſpice Deiparâ & Præſide S. M. N. PETRO COPPIN *ſacræ Facultatis Pariſienſis è Regia Societate Nauarricâ Doctore Theologo, Regi à Conſilijs & Annalibus: tueri conabitur* MEDERICVS DE VIC, *Pariſinus, in eadem ſacra Facultate Baccalaureus Theologus, Die* 31 *Decembris anni 1664. ab Octaua ad Veſperam.*

IN SORBONA.

PRO MAIORE ORDINARIA.